Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35260
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



In illo tempore dixit iesus discipulis suis parabolam hanc Simile factum
est regnum celorum homini qui seminat bonum semen in agro suo Cum
autem dormirent homines venit inimicus et superseminavit zizania in me
dio tritici Crevit autem cum herba et fructum fecit tunc
apparuerunt zizania Accedentes autem servi patrisfamilias dixerunt ei Domine
nonne bonum semen seminasti in agro tuo unde igitur habet zizania Et ait
illis inimicus homo hoc fecit Servi autem dixerunt ei Vis imus et colligimus
ea Et ait Non ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis Sinite utraque crescere usque ad messem Et in tempore messis dicam
metentibus Colligite primum zizania et alligate ea fasciculis ad com
burendum triticum autem congregate in horreum meum

Simile factum est regnum celorum Matth. 13. Nota regnum
celorum multis modis accipitur in scriptura et ad propositum
accipitur aliquando pro filio dei Et g. Item regnum Et sic regnum celorum
v. filius dei est similis homini qui seminavit bonum semen in agro suo
Vel sic hic accipi pro ecclesia militante Volens enim dominus
declarare quales sit status ipsius ecclesie dicit Simile est regnum celorum
v. simile est de statu ipsius ecclesie sicut de homine qui seminat bonum semen
in agro suo ita ut sit similitudo ex facto ad factum ecclesie Et nota quod
episcopus habuit triplicem agrum in quo seminat triplex semen bonum
Primus ager est mundus sicut ipsemet dixit exposuit infra. 13. qui se
minat bonum semen filius hominis ager est mundus In hoc agro episcopus
seminavit semen verbi dei sive doctrinam veritatis Secundus ager est
ecclesia catholica in qua episcopus seminat fideles homines qui sunt filii
regni et sancti et electi filii qui nunquam filios regni computantur Item regnum
de quibus dicitur infra 26. Pluta mei semen benedictionis sunt seminati aut
tales a domino in agro ecclesie ut fructificent exemplo et doctrina filios
spirituales generando Tertius ager est anima in qua episcopus seminat se
men virtutum Deinde tangit malum seminis superseminatoris Et ing sunt
duo genera hominum negligencia alia demonis malicia primum